Cuius regula Conversi Monachi in nulla omnino re sentire, dolere, seu gaudere cum filijs saeculi. Discant hic conversionem morum suorum, qui in habitu in cella, in sermonum ineptijs, in custodia oculorum, et sensuum reliquorum, in curiositate omnia sciendi vel habendi, in affectu ad remissiones et libertates parum vel nihil differunt a filiis saeculi; cum quibus et olim suam portionem in aeternitate sortientur

21. 21. Nihil amori christi praeponere. Nempe christus ait: qui amat Patrem, aut Matrem plus quam me, me non est dignus; quis autem dicat illum christo alia non praeposuisse, qui omnia prius solet desiderare, prius quaerere, et ambire, quam pauperem christum cogitare, nedum amare aut investigare? Sunt verba Gerardi.

22. ~~Secundo~~ 22. Iram non perficere.

23. 23. Iracundiae tempus non reservare. Quid enim Iracundiae tempus sectatorem mansuetissimi Jesu ita dedecet, quam ostius iracundiae? audiamus Gerardum: Eheu simulatae mortuum! qui cum porro nihil debeat sentire, vel tactus quidem mox solet consurgere, verbulo irritatus falsitatem simulatae mortis prodere atque eo ipso Monachorum Mortem saepius ~~aliis~~ exponere, et cum debeat etiam irae primum motum ut mortuus aspernari, audet etiam sponte admittere, ultro producere, et quod deterrimum, e sepulchro erumpere . . . is vero longe omnium in coenobio perniciosissimus, Diabolo similior nescio, an latronibus his sane deterior, quia fratricida eo non melior quia occidit in anima qui simulat iram se oppressisse, in insidiis expectans, usque dum possit pro meritis ut aiunt, fratri referre. O quanta fratrum inquietudo in Coenobio, quando nemo securus a talium latrocinio!